

DOCUMENTOS

DOCUMENTOS PARA EL ESTUDIO DE LA CONDICION JURIDICA DE LA MUJER LEONESA HACE MIL AÑOS

Cuando la vida jurídica de un pueblo ha sido regulada por la ley y esa ley ha llegado hasta nosotros, los documentos de aplicación del derecho ofrecen al historiador el detalle preciso para comprobar hasta qué punto y en qué forma fué cumplida la ley. Pero si ningún código ha regulado los actos jurídicos de una nación durante un período más o menos largo de su historia —ya por haber caído en desuso las viejas leyes, ya porque la juventud histórica de la nación no le ha permitido alcanzar aún el estadio en que todo pueblo condensa su propia tradición jurídica mediante una legislación— entonces los documentos adquieren el carácter de fuente primordial para el conocimiento del derecho durante tal época. Tal es el caso en relación al reino asturleonés y al período de tiempo que abarca los primeros siglos de la Reconquista. Teóricamente seguía en vigor la ley Visigothorum, pero a espaldas de ella se iba formando un nuevo derecho, el que aparece en las escrituras de la época y el que se recogió luego en los fueros municipales de los siglos XI al XIII¹.

Hace años que el Profesor Sánchez-Albornoz se interesó por el estudio de la condición jurídica de la mujer en el reino de León durante el siglo X. Examinó los textos diplomáticos de la época y sobre ellos redactó unas páginas que leyó en su conferencia "La mujer en España hace mil años", incluída luego en "España y el Islam". Al seguir mis lecturas del Tumbo de León y de los documentos de la Catedral legionense he encontrado una serie de diplomas que comprueban sus ideas sobre el tema señalado. He dejado aparte los que podrían servir para el estudio del matrimonio y de la dote. En los que publico aparece la mujer "igual al hombre en la esfera del derecho por lo que hacía a la sucesión de sus mayores"; hay una referencia a la entrega de la mujer a su marido por sus padres, y en los demás se refleja la condición jurídica de la mujer casada y viuda, como ha sido descrita sintéticamente en las siguientes palabras de Sánchez-Albornoz:

« Sus bienes se administraban en común por el marido, pero permanecían jurídicamente separados. Las enajenaciones de los mismos se

¹ Hinojosa: *El elemento germánico en el derecho español*, Madrid, 1915.

« hacían por los dos esposos juntamente, encabezando la escritura la
 « mujer, si se trataba de los suyos. Unidos respondían de las obliga-
 « ciones contraídas por la sociedad de gananciales, y a los bienes de
 « ambos alcanzaba la responsabilidad familiar por los delitos de cual-
 « quiera de ellos o de uno de los hijos. Si el esposo dilapidaba los bienes
 « de su cónyuge, le indemnizaba luego con los suyos, y la mujer podía
 « reclamar en juicio a su marido para conseguir tal indemnización.
 « Al disolverse la sociedad conyugal por muerte de uno de los esposos,
 « a la mujer o a sus derecho-habientes correspondía la mitad de los ga-
 « nanciales conseguidos, que eran muy frecuentes e importantes en una
 « época de intensa colonización de un reino medio yermo. Y la esposa
 « podía disponer libremente de sus bienes para la hora de su muerte,
 « heredaba una parte igual a la que correspondía a cada uno de sus
 « hijos en los bienes propios del marido, y podía recibir de éste, en tes-
 « tamento, la quinta de libre disposición del caudal relicto por el mismo;
 « la quinta que hombres y mujeres podían legar a su albedrío.

« Viuda, la mujer era persona *sui juris*, ejercía la tutela de sus hijos,
 « podía contraer obligaciones libremente, deponer y ser parte en juicio,
 « ser fiadora en acciones civiles o en actos judiciales, y hasta actuar
 « como ejecutora testamentaria en el sistema germánico de expresión
 « de últimas voluntades»².

Un estudio detenido de la posición de la mujer leonesa de hace mil
 años ante el derecho, implicaría el señalar las raíces romanas y germá-
 nicas de aquélla. No puedo entrar aquí en esas discriminaciones³.

JULIETA GUALLART

I

20 de enero de 921

Filia Bona y sus hijos venden una tierra en Santa María Alba.

In Dei nomine. Ego Filia Bona una cum filiis meis id est Galinde,
 Offilu, in domino Deo eterna salutem. Amen. Placuit nobis atque

² *La mujer española hace mil años*. (Conferencia pronunciada en el Jockey Club de Buenos Aires en 1933; publicada luego en el libro *España y el Islam*, 1943).

³ Remito a los estudios de: J. BRISSAUD: *Manuel d'histoire du droit privé*. París, 1935; BRUNNER-VON SCHWERIN: *Historia del derecho germánico*. (Traducción de Alvarez López, Madrid 1936); CUQ: *Manuel des institutions juridiques des romains*, París, 1917.

conuenit, nullius quoque gentis imperio nec suadentis articulo, sed propria nobis accessit uoluntas ut uenderemus tibi donna Bona et filiis tuis Stephanus et Spasandus terra mea propria quam abuiimus in ueiga de Sancta Maria Alua, iusta terminu de Quiriacus et de alia parte terminu de Iouerigus, de IIIª parte terminu de Aluinus, de IIIIª parte terminu de Maurellus; pro quo accepimus de uos in aderatum et definitum duos solidos et II argentos in argento quos nobis et te bene complacuerunt. Uos nobis bene donastis et nobis de uos accepimus. Et de ipso precio apud uos nichil remansit set omnia nobis complestis. Ita ut ab odierno die et tempore de iuri nostro sit abrasa et in uestro dominio sit confirmata. Abeas, adeas, teneas iuri quieto in perpetuum, uindices hac defendas tam tu quam etiam posteritas tua filii uel nepotibus tuis. Si quis sane, quod fieri minime credimus, contra hanc kartula uendictionis aliquis uos ad inrumpendum uenerit aut uenerimus an nos an filiis nostris aut aliqua subrogita persona, que nos in concilio uindicare non ualuerimus, tunc abeat is potestatem adprehendere de nobis ipsa terra duplata quantum ad uos fuerit meliorata et karta ista firmis et stabilis in disrupta permaneat. Facta kartula uendiccionis nodum die quod erit XIII kalendas februaris. Era DCCCC·L·VIIIª. Ego Filia Bona in hac kartula uendiccionis manu mea † roboro. Galindus et Offilus manus nostre roboramus † † et testibus tradidimus ad roborandum fecimus.

Offilo confirmans, manu mea, cf. Galindus similiter, manu mea, cf. Salte et Ramelle testis. Eldemirus et Assur testis. Sebastianus testis. Uelasco testis. Zahete testis. Gundiocus testis. Flacinus testis. Laurencius testis. Fredenandus testis.

Tumbo de León, folio 441 v.º

II

22 de abril de 927

Leticia da al monasterio de San Cosme y San Damián los bienes que había heredado, al igual que sus hermanos.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Ego Leticia, qui sum filia quondam patri mei Bera et matri mee Recesildi, uobis patrono nostro domno Cosmee et Damiano, cuius basilica fundate sunt in territorio le-

gionense iusta flumen Turio, siue et omni congregacione fratrum qui ibidem in ipso loco sunt congregati, in domino Deo eternam salutem. Dubium quidem non est set multis manet notissimum eo dum sedente in coniugio cum marito meo Lezder, que parentes nostri coniunserunt per rectum ordine, recesimus absque filio. Modo uero placuit mihi bone pacis uoluntas ut propter remedium anime mee mercedem facerem scriptura testamenti sicuti et facio de omnem meam hereditatem, quicquid uisa sum abere de auiorum et de parentum meorum quantum me competet inter germanos meos, illis sunt quatoor et ego sum quinta. Ut omnem meam hereditatem post obitum meum deseruiat ibidem ad ipsos patronos meos qui superius resonant et ad ipsos fratres qui ibidem fuerint congregati. Terras, uineas, domos, edificia, res, uestitum pratis, pascuis, padulibus, siuc aqueductibus uel omnem adiacenciam, quicquid de mea hereditate ipsi fratres domnos Cosme et Damiano potuerint inuenire, foris uinea et terra quam abeo in Taratoi. Et concedo illum ad patrono meo domno Iacobo et domno Erniulfo abbati uel congregationem fratrum qui ibidem fuerint congregati sit illis concessa potestas. Et quod adiuracione confirmo per Deum et diuina omnia que sunt sacra. Qui hunc factum meum infringere uoluerit, in primis extraneus efficiatur a corpus et sanguinis domini nostri Ihesu Crhisti, nec in finem non sit illi danda communionem set cum Iuda traditore participium abeat in eterna dampnacione, et insuper dampna secularia afficatur, qui talia egerit pariet auri libras quinque. Et ista scriptura testamenti plenam abeat firmitatem per secula. Facta scriptura testamenti decimo kalendas maii. Regnante et permanente principe domno Adefonso secundo regni sui. Era DCCC^a LXV^a. Ego Leticia in hunc testamentum a me factum manu mea confirmo †. Abdias abba, testis. Abzuleiman, testis. Maurellus, testis. Cesinus, presbiter, testis. Hellitus presbiter, testis. Constancius, testis. Leander iudex, testis. Siluanus abba, testis. Felix abba, notuit.

Tumbo de León, folio 415 v.º

III

22 de agosto de 931

Xaba vende a Froila Petrilez una tierra que había heredado de su hijo.

In Dei nomine. Ego Xaba uobis Froila Petrilez et uxor tua Xemena in domino salutem. Amen. Placuit nobis atque conuenit, nullius quo-

que gentis imperio nec suadentis articulo sed propria nobis accessit uoluntas et pacis, ut uenderem uobis terra mea propria quem abeo de meo filio Albaro in loco predicto ad Sancti Laurenti, quarta porcione de ipso quinione et suos terminos: de termino uestro usque in orta, tercia parte, termino de Legione. Et accepimus de uobis in precio L solidos quantum michi bene complacuit. Et de ipso precio apud uos nichil remansit set omnia nobis adimpletum est. Et ab odierno die uel tempore sit ipsa terra de meo iure abrasa et in uestro iure sit tradita uel confirmata. Abeatis uos et filiis uestris et omnis posteritas uestra perpetim abiturum. Et si quis hanc kartula ad inrumpendum uenerit uel uenerimus, an ege (sic) Xaba an mea persona an quislibet, que in iudicio uindicare non potuero, quomodo pariem ipsa terra duplata uel quantum ad uos fuerit meliorata. Facta Kartula uendiccionis sub die XI kalendas septembris. Era DCCCC^a LX^a VIII^a. Ego Xaba in hanc kartula uendiccionis manu mea robori †. Lazaro testis. Iuliano testis. Aune testis. Uellito testis. Uilieno testis. Palamazas testis. Ranimiro testis. Tidon testis. Reccamondo testis.

Tumbo de León, folio 195 v.º

IV

6 de febrero de 942

Braudila da al monasterio de San Cosme y San Damián unos bienes que había recibido de su suegra como herencia de su mujer.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Gloriosis patronis meis Xrhisti coheredibus sanctorum Cosmas et Damianus, in cuius nomine baselica est fundata in locum que uocitant Abeliare, super ripam fluminis Turio, territorio legionense. Ego exiguus famulus uester Brandila in domino Ihesu Xrhisto semper offero sacro sancto altario uestro pro substantatione fratrum ibidem deseruiencium, ospitum, peregrinorum, pauperum, omnia mea medietate quicquid habui de parte socre mee Marie, cognomento Tonehem, tam de comparatione quam etiam et que me hereditat de parte filie sue, uxori mee. Si aliter dum uita hanc uixero habeam ipsa mea medietate et laborem illa alia medietate que est uestra unde ipsa mea socra testum scripture concesionis fecit post parte monasterii de uineas et de horto de uestra medietate secundum

ad illam dabam. Et de tertia nostra ratione absque aliqua dilacione seu similiter de poma (sic) quicquid in ipsos fructuarios abuerit. Et post obitum uero meum sit omnia ipsa medietate sub uno cum illa alia qui est iam concessa post partem idem monasterio omnia quantum de parte abui et abeo socre mee Marie ab integro. Si quis tamen aliquis homo hunc factum meum infringere uoluerit, in primis sit extraneus a corpus et sanguinem domini nostri Ihesu Xrhisti, uiuens a fronte suis a fronte (sic) kareat lucernis et cum Iuda traditore sit dampnatus in eterna dampnacione. Et ego si a usus fuero istud infringere talis eueniat mihi sententia, insuper dampna secularia pariet tantum et aliut tantum quantum desuper resonat post partem monasterii perpetualiter. Facta scriptura testamentii VIII^o idus februarii. Era DCCCC^a LXXX^a. Ego Bbrandila in hanc kartula testamenti quam fieri uolui et relegendo cognoui manu mea confirmo †. Godesteus testis. Enneco testis. Gomez testis. Froila testis. Iubiti testis. Spasandus testis. Romarigus testis. Garsea testis. Olimpius testis. Visandus testis. Abayton testis. Stephanus presbiter, notuit.

Tumbo de León, folio 442 v.º

V

7 de enero de 944

Cixilo y su marido venden una tierra en Santa María Alba a Félix, personero de su sobrino Lorenzo.

In Dei nomine. Ego domna Cixilo una cum uiro meo Albura, uobis Felix diachono qui estis personario de uestro subrino Laurencio, in domino Deo eternam salutem. Placuit nobis atque conuenit, nullius quoque gentis imperio neque suadentis articulo set propria nobis accessit uoluntas, ut uenderemus uobis terra nostra propria quam abemus in capo de Sancta Maria Alba, iusta illa fonte, terminum de ecclesia, de alia parte de fratres, de tertia parte terminum de Xrhistoualo, de IIII^a parte terminum Garsea; ab integritate ipsa terra per omnes suos terminos. Et accepimus de uos in pretio aderato uel definito X arenzos in argentum quem nobis bene complacuit. Ita ut ad hodierno die uel tempore de iuri nostro abrasa et uestro dominio sit tradita uel confirmata. Abeas, adeas, uindices tu et omnis posteritas uestra. Si

quis aliquis homo ad inrumpendum uenerit uel uenero an ego an filiis an germanis uel heredibus meis que nos in iudicio uindicare non ualuerimus, tunc abeas de nos adprehendere ipsa terra duplata uel quantum ad uos fuerit meliorata. Facta kartula uendiccionis VII^o idua ianuarii. Era DCCCC^a LXXX^a II^a. Domna Cixilo in hanc kartula uendiccionis manu mea †. Albura in hanc kartula uendiccionis manu mea †. Eldemiro testis. Sendino testis. Leouegildo testis. Reuelle testis. Adefonso. Aluaro. Fredenando. Matheo. Salomon. Aresindo. Gomez presbiter notuit.

Tumbo de León, folio 440.

VI

22 de diciembre de 955

Riquilo dona al monasterio de San Cosme y San Damián los bienes que tenía partidos con su hija.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis sanctis gloriosis domnis et patronis meis Xrhisti coheredibus testibus et martiribus Cosme et Damiano in quorum nomine ecclesia est fundata et monasterio dedicata in loco predicto Abeliare, super ripam fluminis Turio. Ego humillima clientula ancilla uestra Riquilo ueridica et enim relatione cognoui quod adhuc uos degentes in terris magna et plurima sanitatum miracula hostendistis et prestitistis languidis hominibus et siquidem adquisistis multas Xrhisto animas pro quo eciam ponere proprias non pepercistis. Nunc quoque pro culdubio salutem animarum seu corporum atque delictorum possunt obtinere remissionem quibus fueritis patronos seu extiteritis interuentores. Quam ob rem elegi uestrum patrociniū habere ex quo confido propria peccata karere. Concedo et dono sancte ecclesie uestre pro sustentatione fratrum in ipso loco deo militantium, pro susceptione peregrinorum et ospitum ibidem aduenientium de omnia mea facultate: terras, uineas, montibus, fontibus, et uinea in Autario de Albura per cunctis suis terminis, quam abeo diuisa in mea portione cum filia mea. Agrum de terra in Alisca ab integritate. Et in uno molino duas partes cum suo aquaducto et terras ad ipso molino, in illa ueiga quantum me ibidem quadrat: molinarias, edificiis, aquis aquarum, pratis, pascuis, ortos, arbusta, fructuosa et infructuosa uel

omnia quicquid uisa sum abere uel augmentare potuero, exitus, ingressum et regresum. In uilla quem uocitant Sancta Maria Alba uel in alias adiacencias et ubi omnia de mea causa potueritis inuenire post obitum meum diuidatis omnia cum filia mea nomine Gaudiosa per medium portiones equales. Ita ut fratres qui in iam dicto monasterio habitant uel qui eorum successores extiterint abeant possideant uindicerent atque defendant. Et ipsum regum qui discurrit ad ortos et lineares de Sancta Maria Alba concilio si aliquis de fratres uoluerit tollere, ira Dei omnipotentis descendat super eum et pariet solidos C^m a parte dominica. Trado etiam me ipsa post partem Dei omnipotentis cum omnia que superius in testamento resonat in manibus et arbitrio domni Seueri abbati ut pro anima mea cum supradictis fratribus curam abeant. Si quis uero contra hunc testamentum ad inrumpendum uenerit an filii utrum consanguinei uel propinqui aut aliquis homo, sit in primis Deo reus a sancta communione priuatus, ab ecclesia catholica extraneus, a cetu sanctorum separatus. Insuper et dampna secularia multatus persoluat post partem monasterii auri libras duas et ista scriptura in suo robore firmis permaneat perpetim abitura. Facta scriptura testamenti XI^o kalendas ianuarii. Era DCCCC^a LX^{va} III^a. Riquilo in hoc testamento quod fieri uolui et relegendo cognoui manu mea roboravi et signum feci †. Gondesindus presbiter testis. Corasci testis. Sesnandus testis. Uermudus testis. Arias testis. Pater testis. Atalanirus testis. Kiran testis. Durabilis testis. Ramellus, cf. Maurellus, cf. Stephanus, cf. Abaiub, cf. Leuegildus, cf.

Tumbo de León, folio 428 v.^o

VII

28 de mayo de 958

Doña Infante y su hija dan al monasterio de Celanova unas tierras en Castro de Ardón.

In Dei nomine. Ego domna Infante una cum filia mea Peldregodo seu et ego Aiza et Helyas Amroz frates Hairit, Maruan, Gaton, Aloytus uobis patronos nostros sanctorum Iusti et Pastoris in domino salutem. Annuit nobis uoluntas ego domna Infante et filia mea concedo pro remedio anime uiro meo Abolonohebe damus duas imbelgas de ferreginale

in kastellum Ardon iusta terminum de ferreginal de domna Seroilde et terminu de Nausti monacus et alia parte terminu ferreginale de Habze et Ezenos, Aiza et Helyas. Una cum consanguineos nostros qui super nominamus donamus ibi ipsius sanctis alia ferreginal ad integro qui fuit de tio nostro Ouecco presbitero pro anime sue, id est de terminu de domna Infante et terminu Saruildi et afigit in terminu Nausti. Concedimus hec quod diximus ad locum ipsius sacris sanctis altaribus ut deseruiant ad eorum cenobio pro remedium anime quod iam memoramus et pro sustentationem fratrum, ospitum, atque peregrinorum. Potius aliquam remunerationem inde possint auferre in eternum beatitudinem. Si quis absit aliquis consurrexerit ex genere nostro aut aliquis extraneis in primis hunc nostrum notum infringere temptauerit, sit excommunicatus a sanguinis domini et cum Iuda traditore abeat participatione in eterna dampnatione. Et insuper dampna secularia pariet quod distulerit duplato uel triplato, set hunc factum nostrum plenam obtineat firmitatis roborem per secula cuncta. Nodum die V^o kalendas iunias. Era DCCCC^a LX^a VI^a.

Domna Infante, cf. Yeldregodo, cf. Eiza, cf. Helyas, cf. Florentius, cf. Maurega, cf. Ambroz, cf. Maroan, cf. Gatón, cf. Munio testis. Uistrerinus testis. Seniorinus testis.

Tumba de León, folio 377 v.º

VIII

17 de abril de 964

Gundisalva y su hijo Severo venden una heredad con pomares al abad Gondesteo.

In Dei nomine. Ego Gundisalua et filium meum Seueru uobis Gondesteo abba, in domino salutem. Placuit nobis atque conuenit, nullus quoque gentis imperio nec suadentis articulo set propria nobis accessit uoluntas, ut uenderemus uobis terras cum suis pomiferis secundum abuimus illas comparatas de Sesannde et de Iuliano; de karrale antiqua usque in termino de fratres et affige usque in Porma. Ipsas terras ab integro uobis concedimus et uendimus et accepimus de uos in pretio III^{or} solidos et medio que nobis bene complacuit. Ita ut ab odierno die uel tempore ipsas terras de nostrum iure abrasas et in uestrum iure sit

confirmatas. Adeatis, teneatis usque in pertetuum et uobis perpetim abitura. Facta kartuka uendiccionis, XV kalendas maii. Era M^a II^a. Gundisalua et filium meum Suero in hanc kartula vendictinis manus nostras † signum fecimus. Trasico testis. Frater Ouecco testis. Bera testis. Flaino testis. Ciprianus presbiter scripsit †.

Tumbo de León, folio 461.

IX

29 de diciembre de 964

Gundisalua, sus hijos y su nieta venden al monasterio de San Cosme y San Damián, entre otros bienes, una villa que habían heredado de su esposo, padre y abuelo.

In Dei nomine. Ego Gundisalua una cum filiis meis Suario, Todii, uel nepoti mea Espanlo, uobis domno Godesteo abba uel collegium fratres sanctorum Cosme et Damiani, in domino Deo eterno (sic) salutem. Sano animo integroque consilio neque suadentis articulo set propria nobis accessit uoluntas ut uenderemus uobis iam super nominatis uilla nostra propria quem abemus de uiro uel patri nostro Didaco, nostras rationes ubique eas potueritis inuenire in ipsa uilla que, in territorio Legionis, in loco predicto ubi uocitant Naues, per suis certis terminis determinata exceptas rationes de antinatos qui sunt de Gundisalua. Et in alia uilla qui fuit de Xrhistoforus tres rationes que abuimus comparatas exceptus quarta portione que Teudila comparauit. In ipsa uilla et in sauto qui est inter Porma et Estola qui fuit de Xrhistoforus et de Uellida, de nostras rationes meditate. Et sunt terminos de ipsa uilla: termino de Iacobo Sabugo et de Gontrode usque in termino de fratres, et de alia parte termino de fratres usque in aqua de Porma absque rationes de antinatas de Gundisalua. Infra ipsos terminos que resonant, terras, pratis, pascuis, padulibus, aquis aquarum, sautis, pomiferis, ipsas rationis et ipsis pomiferis ex integro exceptus suas antinatas, pro que accepimus de uos in pretio solidos XXX^o que nos bene complacuit; et de ipso pretio apud uos nichil remansit set nobis bene compleuistis. Ita ex hodierno die uel tempore ipso qui in karta resonat de iuri nostro in iure et dominio sit tradita uel confirmata. Abeatis, teneatis iure quieto, uindicetis atque defendatis. Et si quis sane, quod

fieri minime credimus, aliquis homo ad inrumpendum uenerit uel uenerimus que nos in concilio uindicare non ualuerimus, tunc abeatis potestatem de nos adprehendere ipsa hereditate duplata uel quantum apud uos fuerit meliorata et uobis perpetim abitura. Facta kartula uendiccionis de ipsas hereditates nodum die quod erit IIII° kalendas ianuarii. Era M° II°. Ego Gundisalua in hanc kartula uendiccionis manus mea nostras (sic) roborauimus †. Suario manu mea confirmo †. Todia manu mea confirmo †. Gudesteus abba testis. Flainus testis. Iacobo testis. Muniso testis. Teudila testis. Gudesteu testis. Sifildo testis. Andiaro testis.

Tumbo de León, folio 464.

X

31 de enero de 992

Doña Ello y su hijo venden unas tierras de sus padres.

Rudericis diachonus notuit.

In Dei nomine. Ego domna Ello una cum filio meo Eganas a tiui Germias et uxor tua Uellita in domino Deo eterna salutis. Amen. Placuit nobis adque conuenit nullis quodque gentis inperio nec suadentis articulo sed propria nobis accessit uoluntas et pacis ut uinderemus tibi Germias et uxor tua Uellita ereditate de patris meorum, terras, pratis, uineas, cortes, cassas, ortos, liniare, quintanales ubi potueritis mea porcione inuenire. Et accepimus de uo sin precio solidos VII de argento que nobis et uobis bene complacuit et de ipso precio apud uos inde remansit. Ita ut de odie die uel tempore de iure meo abstersa et in uestro tradita; abeas, teneas, possideas tu et posteritas tuas. Et si aliquis omo contra kartula uenditionis uenerit uel uenerimus aut qualiuet omo potestas et non potuero autorigare quomodo abeatis licentia ut prendatis de nos ipsa ereditate duplata aut quantum ad uobis fuerit meliorata. Facta kartula uenditionis nodum die quod eit pridie kalendas februarias. In era XXX post millessima. Regnante Ueremudo rex in: Leone, Froilani episcopo. Ego domna Ello et fillis meis. In anc kartula uenditionis manus nostras roborabimus † † †.

Qui presens fuerunt. Ioanne testis. Uellite testis. Hauiui testis. Miquel testis. Garsia testis. Domingo testis. Pelagio testis.

Catedral de León, N.º 154.

XI

13 de febrero de 997

Quiliolfus y su mujer dan al monasterio de San Cosme y San Damián todos sus bienes, tanto los heredados como los de ganancia.

In nomine domini nostri Ihesu Crhisti. Ego Quiliolfo et uxor mea domna Infante uobis domnos et patronos nostros sanctorum Cosme et Damiani seu congregationis sub aram ipsam, id est domno Teoda abba et congregatione sanctorum Cosme et Damiani. Offerimus nos famuli uel famule sue que sumus nominati Quiliolfu et donna Infante facimus sicut et fecimus kartula testamenti uel donationis de omnia nostra hereditate: corte clausa cum suas kasas, terras, uineas, ortos cum suos pomiferos uel fructuaria, fontes, montes, exitus, aquis aquarum, cessu, regressu et nostrum ganadum que abemus ipsa hereditate et in Ual de Sabugo ipsa hereditate ad integritate uobis concedimus pro remedium anime nostre. Post obitum de unus de nos illa medietate siue de hereditate quomodo et de alio ganado que potuerimus ganare. Et post obitum de ambos nos ad integritate uobis concedimus uel donamus uobis domnos nostros, propter remedium anime nostre, ut abeatis nobis in memoria in uespera siue in matutinum, quia sic dicet in Scriptura: qui pro aliis orat semet ipsum Deum comendat et pro se preces orare non cessat. Et accepimus de uos in ofertione cauallum que nobis bene complacuit. Ita ut ab hodierno die uel tempore ipsa hereditate uel nostrum ganatum de nostro iure extersum et in uestro dominio sit concessum. Abeatis uos et omnes qui perseuauerint in regula sancta in sanctorum Cosme et Damiani usque in finem seculi, amen. Si quis tamen, quod fieri minime credimus, contra hunc nostrum factum infringere uel temptare quesierit, anathema sit marenata, id est: retributione in conspectu domini et angelis eius ad ecclesiam Dei sancta catholica extraneus efficitur et dum uenerit ad extremum sancta communione non perueniat, set cum Iuda proditore perferat penas in

eterna dampnacione, et uobis perpetim abitura. Facta kartula testamenti idus februarii. Era M^a XXX^a V^a. Regnante Ueremudus rex in Legione et Froilani episcopi. Ego Quiliolfo et uxor mea domna Infante in hunc testamentum uel donacionis manus nostras roboramus ††.

Tumbo de León, folio 412.

XII

11 de septiembre de 1001

A cambio de una heredad en territorio astorgano Fortes Didaz y su mujer y sus hijos entregan a Monio Fredenandiz y sus familiares otra heredad que originariamente habian cedido a Ramiro II, doña Xaba y su hijo, por un homicidio.

In Dei nomine. Ego Fortis Didaz et uxori mea Auria et filiis meis uobis Moniu Fredenandiz et uxori uestre Giluira et filis uestris, in domino Deo eterna salutem. Amen. Placuit nobis bone pacis uoluptas ut faceremus uobis Moniu Fredenandiz et uxori uestre Geloira et filiis uestris kartula comutationis sicut et facimus hereditatem nostram propriam quem abemus in campos in Ualle de Iunco, in uilla quem uocitant Manganeses. Et abuimus nobis eam de dato de domno nostro de Ablabelle Godestoez et de uxori sue domna Gonterodo, qui dedit nobis eam per kartula scripturam firmitatis; et tenuit eam Ablabelle Godestoez de dado de rex domno Ranimiro principe. Et fuit ipsa hereditate in primis de Xemosa et de suo filio Ferro que peccarunt eam pro homicidio de sua filia de Ferro et nepta de ipsa Exemosa et de suo filio Ferro, quem occiserunt. Et ego Fortis Didaz et uxori mea Auria damus eam uobis ab integro: terras, uincas, pratis, pasquis, padulibus, montibus, fontibus, aquis aquarum, ruptum uel inruptum, arbores fructuosas uel infructuosas, damus eam uobis ab integro. Et accepimus de uobis alia uilla qui est in territorio astoricense sedis, in loco predicto in Paramo, in uilla quam uocitant Massella et fuit de Cidi Sueírez et de Gamar. Uos dedistis et nos accepimus ita ut de odie die uel tempore sit ipsa hereditate de iuri nostro abrasa et in uestro iure sit tradita atque confirmata. Abeatis uos et filiis uestris et omnis posteritas uestra. Et si aliquis homo ad inrumpendum uenerit

uel uenerimus, an nos an filiis nostris an quislibet omne quem nobis uindicare non potuerimus, tunc abeatis potestatem de nobis adprehendere ipsa hereditate de nobis in duplo uel triplo que ad uos fuerit melioratam et uobis perpetim abiturum. Facta kartula commutationis nodum die quod erit III^o idus septembris. Era XXX^a VIII^a post M^a. Forti Didaz et uxori mea Auria in hanc kartula commutationis manus nostras roborauimus. Abba Uida, cf. Dulcidio, cf. Leborino, cf. Sendino Roderiguiz, cf. Sante, cf. Cindone, cf. Gondesindo, cf. Sendinus presbiter notuit.

Tumbo de León, folio 189.

XIII

Año 1005

Miguel Abaiub y su mujer dan al monasterio de San Salvador una heredad en Valverde, con reserva de los gananciales de la esposa.

In Dei nomine. Ego Micahel Abaiube et uxori sue Imblo in domino Deo eterna salute. Placuit nobis atque conuenit, nullis quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propria nobis accesit uoluntas, caro animo et spontanea nostra uoluntas facimus uobis kartula uel testamentum ad uobis Gondisaluus abbas una cum fratribus tuis in quorum collegio patroni nostro Sancti Saluatoris de hacta hereditate quem abemus in locum predictum in Ualuerde. Et post obitum de uxor mea Imblo medietate uobis concedo et quantum potueritis inuenire in mea racione. Et si quis tamen aliquis homo ad disrumpendum uenerit qui in isto testamento resonat, in primis abeat iram Dei patris omnipotentis qui fecit celum et terram, mare et omnia que in eis sunt. Et non abeat communionem cum animas christianas set cum Iudas traditore abeat participium, et excommunicatus de fide sancta catolcha (sic) et dicant omnis populus fiat fiat. Facta kartula uel testamentum in era XV^a III^a post millessima. Regnante Adefonso rex in Legionem. Froilani episcopi in sedes Legionis. Ego Abaiube et uxor mea Imblo in hanc testamentum manus nostras roboramus † †. Escaza roina, cf. Mudarrafe, cf. Cidi Haluci, cf. Sarracinio hic preses, cf.

Tumbo de León, folio 135.

XIV

25 de mayo de 1012

Cristoforus y su mujer Gunterode donan algunas heredades al monasterio de San Pedro, para la hora de la muerte, con reserva de los derechos de la esposa a la mitad de los gananciales.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis, patris et filii uidelicet et spiritus sancti, cuius laus et gloria permanet iugis, cuius laus et imperium permanet in secula seculorum. Amen. Ecce nos exigui famuli Dei Xrhistoforus et Gunterode uobis domnissimis patronis nostris sanctorum Petri et Pauli apostoli cuius basilica est constructa secus ciuem Legione, a parte orientale, non longe ad aulam Sancte Marie sedis antiquissima, ubi nunc modo construxerunt auui et parentes nostri construxerunt (sic) monasterium cum multa bona, sufficienter atque abundanter, que partim fuit a gentilibus diruptum et postea edificatum non tam sufficienter atque restauratum manibus matri mee domna Auria in quantum uite sue unde mercis illi copiosa etueniat ante Deum. Concedimus ad hunc locum sanctum et ad uobis Tulcani presbiteri et domna Aldena uel homines qui ibidem uenerint ad abitandum tam uiri adque mulieres qui in uita sancta perseuerauerint; concedimus per hanc paginam testamenti propter remedium anime uel animabus nostri, uoluntas Deo spondimus manere tumulati id sunt ereditas iusta murus ciuis Legione a parte Turio qui fuerunt de auuis et parentibus nostris. Et in Monte Aureo uineas. Item in Kastrello uilla cum casas, terras et uineas qui fuerunt de nostros tios et coniermanos et nos apligauimus et ganauimus pro precio iusto. Item tertia uilla iuxta riuulo Porma, locum que uocitant Rotario, cum casas, uineis et terris. Et in ipsa uilla Sautello nostra ratione. Et in quarta uilla quam dicunt Taurale cum casas. uineis et terris. Et in ipsa uilla Taurale alia hereditate quod comparauimus de Tello Uermudiz et de Uelasquita filia de Tello Froilaz pro precio iusto. Omnes has uillas concedimus post partem ipsius sancti ad omni integritate, post nostrum obitum cum omnia bona earundem. In uita uero nostra ut abeamus in eas tolerancia. Et si ego Xrhistoforus migratus fuero ante ipsa iam dicta Gunterode et illa superuixerit cum bono testimonium et in continencia permanserit, in ipso loco sancto tuicionem abeat possidenti tam ipsum monasterium quam et omnes as uillas qui in hanc testamentum resonant; Post obitum uero ipsius

Gunterode possideant et omnia serui uel ancillarum Dei qui in uita sancta perseuerauerint. Et si, quod absit, ipsa Gunterode alium uirum prenderit, prenda sua racione de quantum ganauit mecum et alium illum dimittat a parte ipsius monasterii ut possideant eo serui Dei uel omnes qui perseuerauerint in uita sancta propter remedium animabus nostris uel parentum nostrorum et pro remedium de anime fratri meo. Et uno molino in uilla Mauros qui pariter mecum abuit racione et emigratus fuit ab hoc seculo et dimisit eo in manibus meis, ut sit mercis nostra copiosa ante Deum et sit dominus nostre propicius de cunctis scelearum ut in die illa cum ipsius sanctis apostolis ad dexteram suam collocet in regnum celestem et sit nostrum munusculum pro luminaria altariorum subsidium pauperum uel elemosina egenorum. Si quis tamen, quod fieri minime credimus, aliquis homo ad hunc factum nostrum intrumpere at dimutilare conauerit, in primis obtamus ut suis uiuens a frontibus amborum kareat luminibus, et non uideat que bona sunt in Iherusalem nec pax in Iherusalem, set fiat ut puluis que proicit uentus a facie terre retrogradiar retro conuertat et sit extraneus et segregatus a corpus et sanguis domini nostri Ihesu Christi et cum Iuda domini proditore luceat penas in eterna dampnatione, et insuper a parte ipsius ecclesie exoluant auri libras binas. Et hunc scriptum firmissimum atque stabilitum permaneat in omni robore hac perpetua firmitate. Nodum die VIII^o kalendas iunii. Era decies centena et quinque decies super M^a. Ego Xrhistoforus et Gunterode in hanc scriptura testamenti quam fieri elegimus, manus proprias roborem iniecimus.†† Sub Christi nomine, Nunus, Dei gratia episcopo, cf. Fromarigus, maiordomus regis, cf. Marchus presbiter, cf. Teudemirus diachonus, cf. Gracianus presbiter, cf. Iustus presbiter, cf. Dominicus presbiter, cf. Salomone diachonus, cf. Iohanne Froilaz, cf. Teuda Uermudiz, cf. Annaia Citiz, cf. Ruderigu Fredenandiz, cf. Iustu Sarraciniz, cf.

Tumbo de León, folio 352 v.º

XV

19 de mayo de 1024

Susana vende una propiedad en Trebalio en nombre de su hija Goda.

In Dei nomine. Ego Susanna tibi Felice presbiteri in domino Deo eternam salutem. Amen. Placuit mihi bone pacis uoluntas, nullum me-

tum pertimescente neque articulo suadente, sed propria michi accessit uoluntas ut facerem kartula uendiccionis, sicut et fatio, de hereditate mea quem abeo de parte de mea filia nomine Goda et de Citi Rapinadiz, in territorio legionense, in loco uocitato Trebalio. Vendo tibi ipsa mea hereditate ipsa quarta quam abui desortita tecum ubi potueritis inuenire, tam corte, ortis, oleris, arbores fructuose uel infructuose, terris, pratis, pascuis, padulibus, aquis aquarum et ductibus earum; ipsa hereditate ubi potueritis ea inuenire ab integro tibi concedo eam per suis terminis antiquis, pro que accepi de te in pretio X^oII solidos quod nobis bene fuerunt et de ipso pretio apud uos nichil remansit in debito. Ita ut de hodie die et tempore sit ipsa hereditate de iuri meo abrasa iurique uestro sit tradita et confirmata. Si quis tamen aliquis homo contra hanc kartula uendiccionis ad inrumpendum uenerit uel uenero, an ego eciam ex progenie nostre et ego ipsa in concilio auctorigare non potuero tunc abeat licitum adprehendere ipsa hereditate duplata uel quantum ad uos bene fuerit meliorata et uobis perpetim abitura. Facta kartula uendiccionis nodum die quod erit XIII^o kalendas iunii. Era decies centena cum senis dena et secunda decurrentes per tempora. Regni imperii Adefonsus princeps. Sub Dei gratia Nunus episcopus in sedis Legionis. Ego Goda in hanc kartula uendiccionis a me facta mau mea roborauī † †. Aluarani abba, cf. Petro presbiter, cf. Donello Oruidaz, cf. Uiui, cf. Garcia, cf. Cidi Uiuez, cf.

Tumbo de León, folio 249 v.º

XVI

25 de febrero de 1029

Mansura y su marido entregan en pena una villa al conde Pelayo y su mujer.

In era LX^a VII^a super M^a et quoddum V^o kalendas marcii. In presencia Saluator iudicum per manus saion Sarraquinioz, Senta Godestez qui teneo uoce de comite Pelagio Munniz et de uxor sua domna Sancia comitissa contra Massoria una pariter cum uiro suo Tidon ka estancie se Cidi pernominato in sua kasa mala faciente et uenit ipsa Massoria cum uiro suo Tidon uidolentos per uiolencia sine auctore et persumpserunt ipso Cidi de iure de comite domno Pelagio et domnia Sancia et

maliaront illo et fecerunt in eum liuores apreciatis in CCLXXX^a solidos de argento. Et quando se uidit Masura una pariter cum uiro suo Tidon in amaritudine, non fuerunt ausi respondere ad ipsam uocem que Senta petiuit in concilio ante Saluator qui erat iudicum et saion Sarracino. Ego Masuara una pariter cum uiro meo Tidon manifestum facimus qui, peccato inpediente et diabolo incitante, sic fecimus ipsos liuores apreciatis in CCLXXX^a solidos quomodo in assertum resonat, et ordinauit lex ut pariassent ipsos CCLXXX^a solidos de argento. Et non abuius unde ipso argento pariare et pro tali accio fabulauius ad omnes bonos et uenerunt in presencia domno Pelagio comes et uxori et dixerunt ad ipsos comites cum reges et succesores utprehendisset suas hereditates de Mansuras et de Tidon pro ipsos liuores que ac Cidi fecerunt. Et quando audierunt ipsos comites exaudierunt uocem de ipsos omnes et de ipso concilio que dedisset ipsa Mansuara et Tidon ipsas hereditates ad illo comite domno Pelagio et domna Sancia et ita fecerunt: Ego Mansura una pariter cum uiro meo Tidon uobis comite domno Pelagio ut uxor uestra domna Sancia fatio uobis kartula de mea uilla qui est in territorio legionense, locum uocitato Ualle Uimen, uilla Haluales, determinata per locis et terminis suis, per termino de Fontecta, deinde per aquas de Estola. Et facimus uobis karta de ipsa uilla cum suis terminis includent: uineas, terras, montes, fontes, pratis, pascuis, cortes, casas, cesum uel regressum, quantum ad ipsa uilla pertinet uobis illo pariamus propter scelerum nostrum facta. Si quis tamen aliquis homo contra hanc karta uenerit ad inrumpendum et nos in concilio auctorigare non ualuerimus, tunc abeat licitum et potencie de nos adprehendere ipsa uilla duplata uel quantum ad uos bene fuerit meliorata. Facta karta uendiccionis nodum die quod erit V^o kalendas marcias. Era LX^a VII^a super M^a. Regnante Ueremudo rex in Legione. Ego Mansura una cum uiro meo Tidon in hanc karta manus nostras roborauimus et relegentem audiuius roborem inieciimus et confirmamus. Qui presens fuerunt: Lazaro testis. Todomondo testis. Augustino testis. Marone testis. Seruando presbiter notuit.

 *fol.*

Tumbo de León, folio 192.